



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 54. Schisma Maximiani.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

§. LIV.

Sæculum IV.  
A. C. 394.*Schisma Maximiani.*

Parmeniano, Donati Successore, defun-  
 cto, Donatistæ Primianum in Episco-  
 sum Carthaginensem elegerunt; cum <sup>in Ps. 36. n. 20</sup>  
 postea Maximianus Diaconus a Primiano  
 fuisset condemnatus, & excommunicata,  
 vicinos Episcopos adiit, & factione  
 contra eum concitata, inter alia accusa-  
 bat, quod indignos ad suam Communio-  
 nem reciperet. Seniores ad omnes suæ  
 factionis Episcopos hac de re scripserunt,  
 rogantes, ut prompte convenirent, &  
 Primiani molimina reprimerent. Car-  
 thaginem igitur convenere Episcopi qua-  
 draginta tres; at Primianus coram eis *Cont. Cresc.*  
 comparere renuit, nihilque aliud tunc *IV. c. 6. 7.*  
 factum, quam quod mandarent, ut libe-  
 rum ei esset in Concilio alio frequentio-  
 re, quod celebraturi erant, se purgare.  
 Porro, ut decreverant, Carbasucii in Pro-  
 vincia Bizacena Episcopi plusquam cen-  
 tum congregati sunt, & Primiano tunc  
 quoque comparere recusante, tanquam  
 multorum criminum convictum conde-  
 mnarunt; quod Successores Episcopis  
 viventibus constituisset; quod reos, nul-  
 la antecedente pœnitentia, ad Commu-  
 nionem recepisset; quod Presbyteros,  
 ut contra Maximianum, aliosque tres  
 Diaconos conjurarent, sollicitasset; quod

Uuu 4      ejus

Sæculum IV. ejus jussu Presbyter Fortunatus in clo-  
A. C. 394. cam fuerit conjectus, quia ægrotos ba-  
ptizasset; quod Presbytero Demetrio  
Communionem denegasset, quo eum co-  
geret, ut filium suum jure filiali exue-  
ret; quod Seniores acerbe tractari jus-  
sisset, quia, ab ipso Claudianistas ad Com-  
munionem admitti, non probarent. His  
Concilii istius Episcopi subjunxere: *Quod*  
*coram nobis noluerit comparere, ut audi-*  
*retur, quod cum populo, & civilibus mi-*  
*nistris Basilarum portas obstruxerit, ne*  
*ingredi possemus; quod Delegatos, a nobis*  
*missos, injuriose rejecerit.*

Ob hæc crimina, & aliqua alia, quæ  
adducunt, quibusdam vero, ut ipsi di-  
cunt, pudoris causa, silentio præteritis,  
Primianum condemnant, omnesque E-  
piscopos, Clericos, populosque monent,  
ut ejus communionem devitent; omni-  
bus tamen semestre concedebant, ut  
quid facturi essent, aperirent, nempe a  
vigesima quarta Junii, qua die hanc sen-  
tentiam proferebant, usque ad vigesimam  
quintam Dec. Hæc anno 393. acta credun-  
tur. Episcopi scripserunt hanc conde-  
mnationem in Epistola circulari, quam  
Tractoriam vocabant, manu plurimorum  
ex ipsis, nempe quinquaginta trium E-  
piscoporum, subscriptam. Primiano hoc  
modo damnato, & deposito, in ejus locum  
Maximianum, Episcopum Carthaginen-  
sem,

*cont. Cresc.*  
III. c. 13.

sem, elegerunt, illum ipsum, quem Pri- Sæculum IV.  
mianus damnaverat, Diaconum. Eum A. C. 394.  
duodecim Episcopi ordinarunt, & præ- cont. litt. pet.  
sentibus Clericis Carthaginensibus, ma- 1. to. 10. cont.  
nus imposuerunt. Primianus videns, Cresc. III. 19  
plurimos Episcopos Provinciæ Proconsu- 53. de unit.  
laris, Bizacenæ, & Tripolitanæ, adverfa- Eccl. c. 3.  
rio suo favere, Episcoporum Mauritaniæ,  
& Numidiæ Patrocinio confidebat, mul-  
torum præterea ex aliis Provinciis, qui  
ipsius partes semper secuti fuerant, nam  
Clientum numero semper prævaluit;  
igitur Bagaiæ in Numidia trecentorum, III. cont.  
& decem Episcoporum Concilium con- Cresc. c. 56.  
vocavit octavo Calendas Maji, Arcadio IV. cont.  
tertio, & Honorio secundo Consulibus, Cresc. c. 39. in  
nempe anno 394. vigesima quarta Apri- Pj. 39. Serm.  
lis. In hoc Concilio Primiano, cum pro  
damnato non haberetur, secundo gradu  
inter Judices considere licuit. Damna-  
tus est Maximianus, atque Emeritus E-  
piscopus Cæsariensis in Mauritania sen-  
tentiam dictavit in hæc verba: *Nobis ex III. cont.*  
*Dei omnipotentis, & Christi ejus volun-* Cresc. c. 53.  
*tate in Civitate Bagaja Concilium agen-* c. 19.  
*tibus, visum est Spiritui Sancto, qui in*  
*nobis est, pacem perpetuam firmare, & sa-*  
*cilega Schismata rescindere.* Et infe-  
rius: *Maximianus, fidei hostis, veritatis*  
*adulter, Ecclesiæ, Matris nostræ, inimi-*  
*cus, servus Core, Datban, & Abiron sen-*  
*tentiæ nostræ fulmine e finu pacis dejectus*

**Uu u s**      est.

**Æ**cclum IV. est. Eodem stilo composita sunt coetera.  
**A. C. 394.** Duodecim Episcopos, qui Maximianum ordinaverant, nominatim, universim vero omnes Ecclesiæ Carthaginensis Clericos, qui ejus ordinationi interfuerant, condemnarunt. Aliis Episcopis, qui ei manus non imposuerant, octo mensum spatum concederunt, quo ad eorum Communionem redire possent, nempe usque ad 25. Dec. scirentque, hoc tempore elapo, non amplius esse recipiendos, sed semper pro damnatis habendos.

### §. LV.

*Amicitia S. Augustini, & S. Paulini.*

**I. Ret. 21.** Eodem ferme tempore, quo erat Presbyter, S. Augustinus cum S. Paulino, post hæc Episcopo Nolano, amicitiam iniit, opera S. Alippii, nuper in Episcopum Tagastenum, in patria sua, electi. S. Alipius ex commoratione Mediolanensi, dum ibi baptizatus est, nempe anno 387. S. Paulinum noverat. Comperta Paulini conversione, eidem circa annum 394. quinque libros S. Augustini contra Manichæos transmisit. Vero simile est, fuisse libros de moribus Ecclesiæ, de utilitate Fidei, & duabus Animabus. S. Paulinus, gratias agens per Epistolam, simul a S. Alipio petebat, ut vitæ suæ historiam sibi conscriberet; huic Epistolæ & aliam ad-

**Ap. Aug. ep. 20.** ero Arbitrio, de vera Religione, de utilitate Fidei, & duabus Animabus. S. Paulinus, gratias agens per Epistolam, simul

**24. ep. 25.** a S. Alipio petebat, ut vitæ suæ historiam sibi conscriberet; huic Epistolæ & aliam ad-